

10. Papilio Moera.
11. » Janira.
12. Phalaena Hero.
13. Papilio Pamphilus.
14. » Podalirius.

An stamina in Aquartia Tua dehiscant antheris apice duobus foraminibus ?

Quotidie exrucior variis cogitationibus qua ratione brevi accipiam tuum opus, cum animus sit dare novam editionem generum, quamprimum species plantarum sunt absolutae, nequeo enim carere Tuis characteribus ex vivis plantis americanis factis, absque summo dispendio scientiae, nec audeo expectare cum citissime consensco . et deinde vellem systema animalium et Lapidum edere. Si per Legatos poteris mittere, quaeso mittas, per Gronovium sero accedat . vellem mittere mea ad Te, et video ipse quotidie novas difficultates.

Vale . dabam Upsaliae 1763, d. 28. Januarii.

Anne ex Tua amicitia liceret a Te mihi exorare sequentium characteres genericos perfectos in literis, cum nequeam videre, quod possibile sit videre Tuum aureum opus antequam edam mea genera.

Auartia.	Lecythis.	Elaterium.
Myginda.	Symplocos.	Anguria.
Echites.	Chrysophyllum.	Avicennia.
Burseria.	Brownea.	
Hillia.	Pistia.	

16. Papilio Rhamni.
15. » Briseis, non occurrit apud nos.
17. » Levana, neque apud nos.
60. » Idus Faun. succ. 2. n. 1075.
18. Phalaena geometra, sed adeo obsoleta erat, ut nequiveram extricare.